



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XIX. De Vindicta Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

C A P. XIX.

*De,**Vindicta Domini.*

Medio tempore, quo Ungari terram Colmensem destruerent, Rex Ungariæ cum maximo exercitu processit contra Regem quendam subditum suum, dum regnum illius invaderet, rustici illius regionis arbores sylvæ per quam oportebat Ungaros redeundo transire, servis præciderunt per medium, ut dum una caderet, tangendo aliam deprimeret, & sic deinceps. Unde factum est, ut dum in reditu intrassent Ungari dictam sylvam, & rustici prædicti moverent arbores, cecidit una super aliam, & sic cadentes omnes ex utraque parte oppræsserunt magnam multitudinem Ungarorum. Ecce licet Deus sit bonus, placidus & misericors, patiens & multæ misericordiæ; tamen secundum Prophetam Naum, est & ulciscens Dominus, & habens furorem, ulciscens Dominus in hostes suos & misericordia tolerare, quod iste Rex Ungariæ gentem suam miserat, ad destruendam terram Christi & matris suæ & fratum inibi habitantium, qui quotidie parati sunt exponere res & corpus, ut vindicent injuriam Domini crucifixi. Utique sine ultione non poterat Dominus pertransire.

C A P. XX.

*De,**Morte Magistri generalis*

Anno prædicto, scilicet MCCCXXX. in Octava S. Martinii hyemalis frater (a) Joh. de Endor, (b) Saxo natione, Ordinis domus Teutonicae, instigante Diabolo & propriâ iniunctio te Fratrem Wernerum Magistrum generalem, dum cantatis ve-

Ggg 3

speris

